



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Decimus Antistes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

facio sexto, Stephano sexto, Romano primo, et Theodoro secundo. Imperantibus Lothario primo, Lodouico huius filio. Carolo caluo, Lodouico balbo, Carolo iuniore, & Arnulpho.

¶ Decimus Antistes.

904.

Poeta fuit & doctor nimium rarum auius.

**S**tephanus Comitis saluiensis filius: Theologus & Poeta, atque Metensis canonicus, cathedram conscendit anno salutis Nongentesimo quarto. Qui sublimi eloquentia et ingenio dotibus pollens, coronides diuorum (quas responsoria vocant) potissime autem inuentionis. f. Stephani condidit, & passionem diui Laberti urbani conscripsit. Antiphonas & omne praeterea diei officium concinnauit. De trinitate non ineleganti dictionis stilo concentum dictauit. Capitulorum atque precum (quas collectas vocant) fasciculos exegi: ex quibus facile colligere licet, quod operosus atque industrius fuerit. Monasterium supra Sambriam instituit anno salutis Nongentesimo primo, quod nondum factus Antistes, mirifice promouit Abbatiam fossiensem dono Caroli, toto tempore possedit: & ut duo ante illum Episcopi solebant, gratiose administrauit. Sic enim a christianissimo principe non tantum propter generosos proauos, sed ab omnigenarum disciplinarum cognitionem semper magni habitus est, ut fratrem simontum, siue alio nomine Forestam, sub se recipebat, & nihil ita Carolo intimum esset, quod non li-

bēter Antistiti impēderet. Obñtāno administra  
tionis. i8. quartodecimo calēdas Iunias, sepult<sup>9</sup>  
in colle. diui Lāberti. Floruit sub ap̄licis viris Io  
anne nono. Benedicto. 4. Leone. 5. Christopho  
ro, Sergio. 3. Anastasio. 3. Landone. i. & Ioanne  
io. Imperantibus Alemānis Lodouico filio Ar  
nulphi, Conrado & Henrico. Claruerūt beatus  
vibertus qui Monasteriū Bēblacense ædificauit;  
instituitq; ad modū quē in diocesi Metēsi in cœ  
nobio Gorgiensi monachū agens didicerat. Era  
strada virgo vestalis, genere & vita nobilis, in  
spelūca diuę Marię apud Leodiū, ad mortē vsq;  
in sancto proposito perstitit. Plentruda Stepha  
ni Antistitis soror, comiti Namurcensi nupta,  
enixa est Gerardū fundatorē & Abbatē mona  
sterij Bronniensis, sub instituto diui Benedicti,  
Mengoldus dux & martyr vitiorū rigidus ob  
iurgator, quod sibi propriū erat (quippe vitijs  
bellum indicere et pœnitentiā vitam priorem de  
flere) in alios transferre laborans, ab Hoñanis  
occisus est, cuius festum agitur Sexto Idus Fe  
bruarias.

¶ Undecimus Antistes :

**R**icharius filius comitis Hannoniensis, pru  
mensis & Stabulani, monasteriorū admi  
nistrator, romæ aduersus helduinū symonia  
cū, causas ecc̄ie agēs; locū ei p̄ripuit, et a Ioanne

F iij